



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXXVI. Des Rathes zu Perleberg Bekenntniß über die Verpfändung der Stadt an den Grafen von Schwerin und des letztern desfalls ausgestellte Reversalien, vom Jahre 1322.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

der hindernisse vnser vnde vnser erfnamen ewighliken to besittende gantzliken mit allen dingen, also de vorbenomede herschap land, hus vnde stat, den edelen herren den greuen van dannenberghe hadde to ghehort, vnde also se se hadden besetten. Wi schullen ok vnde vnse erfnamen hern wiperie luzowen vnde sinen broderen, de vorbenomet sint, unde eren erfnamen holde heren sin vnde schullen se vordeghedingen vnde en beholpen wesen to al eren rechten vnde billiken saken. Disse vorbeschreene ridders her wipert Luzowe vnde sine brodere vnde ere erfnamen scholen ok mit dissem lande, hus vnde stad to grabowe, to vnseme vnde vnser erfnamen denste sitten, vnde dat slot, hus vnde stad schal to al vfen noden vnde to allen tiden, vse vnde yfer erfnamen opene slot wesen vnde bliuen. Disse herschap, de vorbenomet is, land, hus vnde stad to grabowe, heft her wipert Luzowe in redeliken kope van vns ghekoft vor dre dufent mark brandenborghes sulueres vnde ghewichtes. De he al rede hern droysfeken van crocheren vnde sinen sonen beret vnde betalet heft van vnser weghene vnde van vnseme hets, Der wi ene vnde sine brodere hebben los ghelaten, vnde los, quit vnde vrig laten in dissem breue. Vortmer were, dat genich here oder man, it were we he were, dissen ridders hern luzowen, de digke vorbeschreuen is, sine brodere oder erfnamen an disse vorbenomeden herschap vnde lande oder flote hinderen wolde, Des schulle wi vnde vnse erfnamen en irtan. Dat alle disse vorbeschreene rede stede vast vnde ganz ewichliken bliue, So hebbe wi to ener orkunde dessen bref laten beseghelet mit vnsem ingheseghele vnde mid vnser wiues ingheseghele, vorn Annen. Tughe disse dinge sint De aghtbare here vnse gheslike vader vnde here her hinrik de bischop van hanelberghe, her droysfeke van crocheren, her Grifeke van grifenberghe, her hinrik van steghelitze, her buffo van der dolle, her redike van rederen, her wediken van plote, her Johan rofendal van pleffe, her Conrad van Cremon, her mathias van axschowe, her jurius havencop, her hinrik van barnecowe, her hinrik vnde her Johan van pleffe, vnse truuen vnde craftighe ridders, her Conrad, de perrer van Godebuze, vnde her rotgher, de perrere van sunte Nicolaufe to der wifmer, vnse Kapellane, vnde ander lude vele mer, den me wol ghelonen mach. Disse bref is ghegheuen vnde gheschreuen To dem sterneberghe, Na der bord godes Dufent jar drihundert iar in dem en vnde twintighsten iare, Des aghteden daghes sunte Johannes to middenomere.

Nach Rudloff, Cod. dipl. hist. Meg. II, 307—310.

XXXVI. Des Rathes zu Perleberg Bekenntniß über die Verpfändung der Stadt an den Grafen Heinrich von Schwerin und des letztern desfalls ausgestellte Reversalien, vom Jahre 1322.

Nos Henricus, dei gratia Comes Zuerinensis per presentes recognoscimus et protestamur, quod honestos viros consules ciuitatis Perlebergh atque ciues ibidem vniuersos eo, quod nobis et nostris heredibus homagium et huldam fecerint, recepimus in nostram protectionem in omnibus eius causis et necessitatibus legitimis fideliter defendendos, Ita quod omnes libertates et iustitias, quas ab antiquo habuerunt et debitis priuilegiis poterint protestari, ipsis non debemus infringere nec minare, sed augere. Preterea si aliqua ciuitas de aliis ciuitatibus obligaretur domino alieno et si tales domini vellent nobiscum discordare, consules iam dicte ciuitatis cum vassallis assidentibus deberent tales duces adire et audire causas partium vtrouique: et si pars nobis adueria contra nos iustam mouerit causam, nos secundum consilia ipsorum

debemus a talibus quiescere et cessare. Si autem pars aduersa meritis nostris minus exigentibus nobis inferre dampnum et iniuriam niteretur, tunc communitas ciuitatis vna cum vasallis nobis stare debent in nostris necessitatibus tanquam domino suo gratioso. Preterea fatemur, quod quodammodo nulla castra seu propugnacula construi debeant quoquo modo, Ad dentes etiam si aliqui excessibus suis exigentibus in vna ciuitate proscripti fuerint, in aliis omnibus ciuitatibus similiter sint proscripti. Nihilominus communes promissiones, quas ciuitas Perlebergh cum aliis habuit ciuitatibus, dummodo non fiant in nostrum et nostri auunculi domini Megapolensis preiudicium et grauamen, ratas tenebimus atque gratas. Ad dentes etiam quod antedictam ciuitatem cum terris et vasallis adherentibus, in pignore huius detinemus, scilicet pro septuaginta armigerorum salariis, stipendiis, perditionibus et centum virorum expensis et dampnis super his emergentibus in hac guerra. Preterea prefata ciuitas cum terra et vasallis nobis fideliter nostrisque heredibus adhaerebit, quousque dilectus noster auunculus vel alius dominus, si contigerit ius ad prehabitam habere verius ciuitatem, nobis aut nostris successoribus satisfecerit de premissis, Ita tamen, quod omnes fructus, perceptiones sue prouentus, quos vel quas de ciuitate predicta et terris seu bonis adiacentibus quocumque nomine perceperimus, debemus de premissis et dampnis debitis defalcare. De prouentibus et emolumentis aduocatie et iudicii ipsa aduocatia teneri debet et regi. Quicquid tamen aduocato et sue familie ultra expensas circa huiusmodi faciendas superauerit, hoc etiam debemus de prefatis dampnis et debitis defalcare, ac quicquid etiam ex depredationibus in expeditione generaliter perceperimus, debemus ab iisdem similiter defalcare. Et si percepta per nos siue per nostros, vt premissum est, summam predictorum excreuerint, illud superfluum et excrecens debet etiam de principali debito defalcari. Si autem percepta minus habuerint, tales defectus ad summam totalem super pignus predictum, videlicet super ciuitatem et super terras adiacentes, debet rationabiliter computari. Sic tamen dampna predicta moderanda sunt, quod nos de his, de quibus dampnum non fecimus, dampnum non computemus; de his autem de quibus fecerimus, pro singulis centum marcos decem marcas et non amplius computabimus. Insuper si nos sine filio herede discedere contigerit, quod absit, pignus predictum ad auunculum nostrum prefatum legitime redibit deuolutum: Ita tamen, quod vasalli nostri, qui ad perficiendum predictum seruitium cum suis stipendiis, perditionibus et expensis conquisitionem aut subsidium nobis impenderint, cum ciuitate et toto pignore auunculo nostro et suis heredibus fideliter adhaerebunt, quousque ipsis de premissis omnibus computatis rationabiliter satisfiat. Habita etiam satisfactione predicta predictum pignus ad sepe dictum dominum Megapolensem redibit legitime deuolutum. In premissorum autem testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes huius sunt Bolco de Driberghe, Ludolfus de Nigenkerken, Wernerus de Haluerstad, Henricus Rauen, milites, et alii plurimi fide digni. Datum Perlebergh anno domini Millesimo Trecentesimo vigesimo secundo.

Nach dem Originale im Stadt-Archive zu Perleberg. Ungenau in Beckmann's Beschreib. V, II, II, 46. 48., sehr fehlerhaft in Gercken's Fragm. march. III, 43. 47. (wo die Urkunde einem Grafen Hermann zugeschrieben ist, und mehrere Lücken hat) und in Buchholz's Geschichte a. a. D. Ihl. V, S. 37. 38. — Der Huldigungsbrief der Stadt Perleberg lautet:

Nos Consules et Vniuersitas ciuitatis Perleberghe recognoscimus publice per presentes, quod ex iussu speciali nobilis viri Domini Hinrici domini Magnopolensis iusto pignoris titulo fecimus homagium siue huldiam viro nobili Domino Hinrico Comiti Zwerinenfi et suis veris heredibus pro stipendiis et deperditionibus septuaginta armatorum ac pro expensis C. armatorum cum dextrariis, cum quibus idem Comes seruiet domino Magnopolensi predicto per guerram instantem siue presentem,

ac pro dampnis, que de premiffis post computationem factam emerferint sub hac forma, Quod ab ipfo comite Hinrico recedere non debeamus, — quousque Dominus Magnopolensis prefatus aut fui heredes feu successores, qui jus habeant ad Ciuitatem nostram, ipsi comiti et suis heredibus satisfecerint de premiffis stipendijs etc. — (cetera ut supra) — Testes huius Fredericus et Hinricus de Schepeliz, Nicolaus de Malin et Johannes de Crocher milites, Johannes Eyber, Johannes Rozkule et Thydericus de Wardenberghe armigeri c. a. q. f. d. Datum Perlebergh, A. d. MCCCXXII, die beate Margarete Virginis. Beckm. a. a. D. Sp. 46.

XXXVII. Heinrich Fürst von Mecklenburg-Stargard verbindet sich dem Könige von Dänemark zum Beistande gegen jedermann, außer gegen den Bischof Heinrich von Havelberg, die Grafen von Holftein und von Schwerin, im Jahre 1323.

— Henricus, dei gratia Megapolensis et Stargardiae dominus, — Promittimus, quod — corone et Regno Daniae fideliter adherere — et Christophoro et filio suo Erico Regibus — contra omnes uiuentes seruire debeamus — exceptis Dominis, domino Henrico, Episcopo Havelbergensi, Gerhardo comite Holfatiae, Henrico et Gunzelino Sverinensium comitibus, ita tamen, quod si ipsi vel aliquis illorum dictis dominis nostris vel eorum successoribus injuriari uoluerint, ipsum seu ipsos contra praefatos dominos nostros Reges et eorum successores in nullo iuuare seu ipsis iuuamen prestare debeamus. Actum et Dat. Nykiobing in Falftria, Anno domini MCCCXXIII, Sabato trinitatis.

Vollständig bei Klüber I, 351. Frank VI, 54 und König Reichs-A. P. f. Cont. II. Thl. II. Fortf. S. 798.

XXXVIII. Die Stadt Kyriz wird aufgefodert, dem Städtebunde zur Aufrechterhaltung der öffentlichen Sicherheit beizutreten, im Jahre 1323.

Diferetis uiris et honestis dominis consulibus in Kyriz consules ciuitatum noue Brandenburg et ueteris, Ratenow et Kopnick, Bernou, Euerswolde, Landsberg et Struzberch, Münchberg, et Vürftenwolde, Vrančovurde et Sommerfeld, Gubyn, Bezkou, Lucou, Beliz et Briezen veri amoris integritatem cum promptitudine famulatus. Noueritis nos in simul super quibusdam causis infra-scriptis inter nos mutuo uouisse, conspirasse et compromississe. Primum est, si aliquis malefactor excederet in aliqua nostrarum ciuitatum prenominatarum, uidelicet per furtum, spolum, latrocinium aut per incendium vel capiendū aliquem de ciuibus prenotatarum ciuitatum, ut extorqueat ab eo alicuius pecuniae quantitatem; hic debet proferri juris ordine rationabiliter ac rite obseruato. Postea excessus talis aliis ciuitatensibus debet literaliter notificari et sic erit proscriptus apud omnes nostros ciuitatensibus: et in quacunque tunc ciuitatum deprehenderetur, ibi debet ad mortem condemnari, secundum quod ejus excessus postulat et requirit, ne ciuitatenses illi, in quorum ciuitate maleficium peregit, laboribus fatigentur et expensis. Secundum est, si aliquis, quicumque etiam esset, veniret in aliquam nostrarum ciuitatum prenominatarum vel fugeret ad ipsam cum rebus suis et